enim hactenus dubitavit scripsisse Ἀντικειμένων S. Scripturæ in duos libros divisum, teste Felice ejus successore. Quod vero hujusmodi tractatus is ipse sit quem edimus, amplius dubitare nos non patitur Apologeticum Sansonis, abbatis monasterii Pinamelariensis in Bætica, et ecclesiæ S. Zoili parochi, scriptum anno 864 adversus Hostigesium: opus ante paucos annos editum a P. Florez tomo XI Hispaniæ sacræ. Cujus testimonium hujusmodi est, cui nemo refragari possit. In eo enim non semel laudatur opusculum Ἀντικειμένων S. Juliani Toletani; neque id solum, sed et verba ipsissima, qualia in interrogationibus et responsionibus reperiuntur: scilicet (ut nos etiam suis locis adnotamus) in quæstione 16, 59, 115 et 129 libri primi, et 48 libri secundi. Quo luculentissimo argumento omnes difficultates evanescunt, quæ Guillelmo Caveo et Fabricio visæ sunt præsentem quæstionem de vero hujus libri auctore implicatissimam reddere. Itaque si qui sunt mss. codices in Italia (quales in bibliotheca Aniciana exstare testatur Joan. Bapt. Maro, et in Casinensi Angelus de la Nuce archiepiscopus Rosanensis) cum nomine S. Bertharii, qui anno 856 abbas erat Casinensis, vita functus anno 883, vel ideo nomen illius præseferre dicendi sunt, quod ipsius cura aut opera exscripti fuerint, vel sub eodem titulo diversas quæstiones, vel diversis sententiis explicatas continent, quorum utrumque frequentissimum est, ut nemo prorsus ignorat. Certe quodlibet aliud excogitandum est potius, quam hocce opusculum abjudicemus Juliano post apertissima Felicis et Sansonis testimonia.

Ad præsentem editionem quod attinet, quoniam Lugdunensis edit. Biblioth. Patr., quam unice ad manus habuimus, pluribus mendis scatebat, curavimus Patrum sententias, quibus universum opus intextum est, ad meliores illorum editiones conferre atque emendare: sobrie tamen cauteque id egimus, habentes præ oculis, S. Julianum non tam sententiarum verba quam sensum aliquando referre. Sed neque in ipsis verbis continuo correximus si quid ab editis discrepant: quoniam sæpissime S. doctoris lectio probabilis, nonnunquam verosimilior est, ut dubitare nemo possit S. Julianum emendatissimos codices SS. PP. manibus versasse. Quæstionum deinde ordinem ante perturbatum correximus; ut deinceps quæstiones non solum librorum S. Scripturæ, sed etiam in unoquoque libro capitum ordinem sequerentur. Insuper ex Sansonis Apologetico supplevimus quæstionem 70 lib. I, ab ipso laudatam cap. 24 lib. II, quæque in cæteris editionibus desiderabatur. Nihil deinde non egimus ut editio sit absolutissima, quantum fieri possit.

LOCORUM IN SPECIEM PUGNANTIUM

IN SEQUENTIBUS ANTIKEIMENΩN LIBRIS DUOBUS

INDEX ALPHABETICUS.

A

(*Lib.* II, *interrog.* 45.) Abba, Pater, nos clamamus in Spiritu sancto:
Abba, Pater, Spiritus filii clamat in nobis.
(II, 73.) Accedite ad Dominum et illuminamini:
Lucem inaccessibilem illam nemo videt.
(I, 12.) Adam primum creatus est, deinde Eva:
Adam et Eva simul creati leguntur.
(I, 36.) Adorabis Dominum Deum tuum:
Adorate scabellum pedum ejus.
(II, 47.) Adversarius quis erit, si Deus pro nobis?
Adversarius vester diabolus quærit quem devoret.
(I, 41.) Ægyptiis Dominus Salvatorem mittet:
Ægyptios Dominus percutiet plaga.
(II, 78.) Angeli in eum prospicere desiderant:
Angeli semper vident faciem Patris mei.
(II, 9.) Angeli semper vident faciem Patris mei:
Angeli omnes in ministerium sunt missi.
(I, 73.) Anima hominis ad Patrem advocatur:
Anima domum Patris oblivisci jubetur.
(I, 21.) Animæ in Ægyptum venientes septuaginta.
Animæ in Ægyptum venientes septuaginta quinque.
(II, 4.) Animam non possunt occidere:
Anima mea malis repleta est.
(I, 50.) Animalia non revertebantur cum incederent:
Animalia ibant et revertebantur.
(I, 15.) Animalia quædam ex lege Moysi immunda:
Animalia quædam etiam in arca Noe immunda.
(I, 17.) Anni peregrinationis in Ægypto quadringenti:
Anni peregrinationis in Ægypto quadringenti triginta.
(I, 55.) Anno secundo Nabuchodonosor somnium est factum:
Anno tertio pueri adducti sunt.
(I, 56.) Anno primo Cyri regis Daniel fuit:
Anno tertio Cyri regis Daniel fuit.
(I, 105.) Aquas in plateis divide:
Aquas tu solus habeto.
(II, 75.) Argue, increpa in omni patientia:
Argue cum omni imperio.
(I, 40.) Ascendit Elias in cœlum:
Ascendit in cœlum nemo, nisi qui descendit, etc.
(I, 83.) Aversus es ab ira tua:
Averte iram tuam a nobis.
(II, 30.) Aure audietis, persona Filii loquitur:
Aure audietis, persona Spiritus sancti loquitur.

B

(II, 15, 16.) Baptismus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti:
Baptismus in nomine Jesu Christi.
(I, 123.) Beatus qui non est compunctus tristitia delicti:
Lugete et plorate.
(II, 2.) Beatus qui suffert tentationem:
Ne nos inducas in tentationem.
(I, 120.) Beneficium cum electione:
Beneficium sine electione.
(II, 58.) Bonum in me non habitat:
Vivo, non ego, sed vivit in me Christus.
(I, 76.) Bonum faciens non est usque ad unum:
Bonum faciens est populus Dei.
(II, 7.) Bonus homo de bono thesauro profert bona:
Bonus nemo nisi solus Deus.
(I, 6.) Bona omnia et Dominus et servus:
Bonus nemo nisi solus Deus.
(I, 5.) Bona valde erant omnia:
Bona quædam non erant, sed immunda.

C

(I, 23.) Calceamentum solve de pedibus tuis:
Calceamenta habebitis in pedibus vestris.
(I, 82.) Calix vini meri plenus:

Digitized by Google

Calix plenus misto.
(I, 133.) Carne mea videbo Deum Salvatorem meum:
Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.
(II, 54.) Carne non vivimus, nec secundum carnem militamus:
Carnalis ego sum, Paulus ait.
(II, 24.) Caro non prodest quidquam:
Carnem meam non edens non habet vitam.
(II, 36.) Christus ex semine David secundum carnem:
Si novimus Christum secundum carnem, jam non novimus.
(II, 59.) Circumcisio prodest, si legem custodias:
Si circumcidamini, Christus nihil prodest.
(II, 60.) Circumcisis Christus nihil prodest:
Circumcidit Timotheum discipulum Paulus.
(I, 45.) Clama, ne cesses:
Clamor tollatur a vobis.
(I, 79.) Clamans laboravi, raucæ factæ sunt fauces meæ:
Sicut agnus non aperuit os suum.
(I, 117.) Confusio est adducens peccatum:
Confusio est adducens gloriam.
(II, 74.) Contendere noli verbis:
Contradicentes revincere debent episcopi.
(I, 85.) Cor meum jucundetur:
Cor meum timeat nomen tuum.
(I, 109.) Cor regis in manu Dei est:
Cor Nabuchodonosor secundum voluntatem suam fuit.
(I, 63.) Corruptio carnis Christi negata:
Corruptio carni Christi attributa.

D

(I, 121.) Da bono, et non peccatori:
Da omni petenti te.
(I, 20.) Deum se vidisse Jacob testatur:
Deum nemo vidit unquam.
(I, 7.) Deus auctor et creator boni:
Deus faciens pacem, et creans malum.
(II, 13.) Dederunt potum, acetum cum felle:
Dederunt in escam meam fel.
(II, 55.) Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi:
Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?
(I, 47.) Deus ad iracundiam provocatus:
Deus ad iracundiam provocandus.
(I, 84.) Deus justus et verax est:
Deus frustra Job afflixit.
(I, 34.) Deus non mentitur, nec mutatur:
Deus mutavit sententiam cum Ninivitis.
(I, 9.) Deus septimo die requievit:
Deus usque modo operatur.
(II, 71.) Deus vult omnes homines salvos fieri:
Deus cui vult miseretur, et quem vult indurat.
(II, 8.) Diabolus nominavit Christum Filium Dei:
Diabolus explorat, an sit Filius Dei.
(I, 3.) Die primo angeli, sexto homo creati sunt:
Die una angeli et homo creati leguntur.
(I, 8.) Dies una creationis mundi:
Dies septem creationis mundi.
(I, 1.) Dies vespere et mane fuit:
Sidera deinde quarto die facta.
(I, 32.) Diligite amicos vestros, et non inimicos:
Diligite inimicos vestros.
(I, 64.) Dolores et tribulationes invenerunt me:
Dolores et tribulationes ego inveni.
(I, 72.) Dormienti Deo dicitur, exsurge, Domine:
Neque dormitabit, neque dormiet.
(I, 51.) Dulcedo voluminis Ezechielis in ore:
Amaritudo in indignatione spiritus.

E

(I, 113.) Ecclesia una est:
Ecclesiis septem scripsit Joannes.
(I, 137.) Escam fenum ut bos comedit:
Esca ejus electa est.
(I, 65.) Exauditus non est David clamans ad Dominum:
Exauditus est David clamans ad Dominum.

F

(I, 51.) Fermentum de sacrificiis abjiciendum:
Fermentatus panis adhibendus.
(II, 26.) Filii Abrahæ Judæi sunt dicti:
Filii diaboli Judæi dicti.
(II, 46.) Filium Dei se fore Paulus exspectat:
Filios Dei nos esse Paulus prædicat.
(II, 19.) Filius David Christus est:
Cur David ipsum Dominum vocat?
(II, 77.) Fides sine operibus mortua:
Fides, ei qui non operatur, reputatur ad justitiam.
(I, 134.) Frustra nihil facit Deus:
Frustra ipse Job afflixit.
(II, 5.) Fugite persecuti in aliam civitatem:
Fugit mercenarius, dat animam pastor.

G

(I, 54). Gazophylacium sacerdotum ad meridiem:
Gazophylacium sacerdotum ad aquilonem.
(I, 43.) Generationem ejus quis enarrabit?
Generatio ejus sic erat.
(I, 22.) Gentes hæredes fore notum fuit veteribus:
Gentes hæredes esse non notum aliis.
(II, 63.) Gloriatio Pauli tantum in cruce Domini:
Gloriatio Pauli in infirmitatibus suis.

H

(II, 21.) Heliam se non esse Joannes ait:
Heliam ipsum esse Christus dixit.
(I, 4.) Homo ad imaginem Dei factus:
Deus quis similis tibi?
(I, 11.) Homo de limo factus:
Homo manibus Dei factus.
(I, 10.) Homo sexto die factus:
Homo non erat qui operaretur terram.
(I, 14.) Homo centum viginti annos vivet:
Homo multos plures annos vixit.
(I, 26.) Honora patrem, quartum mandatum:
Honora patrem, primum mandatum.

I-J

(II, 27.) Jesus in judicium in hunc mundum venit:
Jesus venit, non ut judicet mundum.
(II, 18.) Jesus dictus est sedens a dextris Patris:
Jesus visus est stans a dextris Patris.
(II, 85.) Jesus quadraginta dies cum discipulis post resurrectionem:
Jesus dixit discipulis: Cum adhuc essem vobiscum.
(II, 65.) Imitatores Dei estote: Paulus ait.
Imitatores mei stote: Paulus ait.
(I, 67.) Immutabilis David promissus est:
Mutabilis David mox effectus est.
(I, 61.) Impii videbunt in quem pupugerunt:
Impius tollatur, ne videat claritatem Domini.
(I, 122.) Inimico tuo ne credideris in æternum:
Inimico tuo esto consentiens in via.
(I, 107.) Iniquos persequitur malum:
Iniquis bene est omnibus.
(I, 119.) Initium peccati superbia est:
Initium peccati cupiditas est.
(I, 58.) Interpres Gabriel erit:
Interpres non erat.
(I, 102.) Invocantibus omnibus prope est:
Invocabunt me, et non exaudiam.
(I, 103.) Invocabunt me, et non exaudiam:
Invocantibus te omnibus misericors es:
(I, 138.) Job seipsum reprehendit:
Job amicis tribus præfertur.
(I, 126.) Job desperasse legitur:
Job parci sibi desideravit.

Digitized by Google

(I, 131.) Job vias suas redarguit :
Job scit, quod justus sit.
(II, 22.) Joannes Christum venisse prædicavit :
Joannes, an Jesus sit Christus, quæsivit.
(II, 17.) Joannes, non manducans neque bibens :
Joannis esca locustæ et mel.
(I, 62.) Irascimini, et nolite peccare :
Iram omnem deponite.
(I, 47.) Iracundia a Deo longe est :
Iracundia et furor cum Deo est.
(I, 18.) Israel quarta generatione exiens de Ægypto :
Israel quinta generatione exiens de Ægypto.
(II, 25.) Judicium Patri attributum :
Judicium omne Filio dedit.
(I, 96.) Judicia oris tui omnia pronuntiavi :
Judicia Dei inscrutabilia sunt.
(I, 97.) Judiciis tuis non declinavi :
Judicia tua doce me.
(I, 35.) Jurabitis per nomen meum :
Jurare nolite omnino.
(I, 100.) Justificabitur in conspectu tuo non omnis vivens :
Elegit nos, ut essemus sancti.
(I, 95.) Justificationes tuas in corde abscondi :
Justificationes tuas doce me.
(I, 108.) Justus manducans replevit animam suam :
Justus Paulus esuriit sitivitque.
(I, 116.) Juste omnia disponis :
Non puniendum condemnas.

L

(II, 50.) Laus Corinthiorum, quod nihil desit eis :
Schismata et contentiones in Corinthiis.
(I, 69.) Laus ejus semper in ore meo :
Laudem septies in die dixi tibi.
(I, 92.) Laudabunt te, Domine, non mortui :
Laudabo nomen tuum in æternum.
(I, 110.) Laudet te os alienum :
Laudat se Job de multis.
(II, 39.) Legem Paulus se non destruere testatur :
Legem destrui a Paulo prædicatur.
(II, 42.) Lex sancta et justa est :
Lex virtus peccati est.
(II, 40.) Lex ubi non est, ibi nec prævaricatio est :
Prævaricatores omnes peccatores terræ.
(II, 70.) Lex justo non est posita :
Legem pone mihi, Domine.
(II, 43.) Lex ubi non est, ibi nec peccatum imputatur :
Peccatum Cain et patriarchæ agnoverunt.
(II, 37.) Lex ubi non est, ibi nec prævaricatio est :
Peccato omnes obnoxii sunt.
(II, 35.) Locutus sum palam mundo :
Locutus sum hæc in proverbiis.
(I, 27.) Longævitas vitæ promissa est :
Longævitas vitæ deplorata est.

M

(II, 10.) Magistrum se dici Christus noluit :
Magistrum se Christus et Dominum asseruit.
(I, 101.) Magnitudinis ejus non est finis :
Magnus super omnes, qui in circuitu ejus sunt.
(I, 19.) Major serviat minori :
Major adoratur a minori.
(II, 51.) Maledici regnum Dei non possidebunt :
Maledixit Paulus Ananiæ.
(II, 79.) Mandatum non novum scribo vobis :
Mandatum novum do vobis.
(I, 98.) Mandatum tuum latum nimis :
Porta angusta est vitæ.
(I, 93.) Mendax omnis homo :
Mendax non David hæc loquens.
(I, 81.) Mirabilia multi sancti fecerunt :
Mirabilia magna solus Deus facit.
(II, 67.) Mori Paulus cupit, et esse cum Christo :
Mori non vult Paulus, sed supervestiri.
(I, 76.) Mors super illos veniet :
Viventes descendunt ad inferna.
(I, 87.) Mortem quis non videbit ?
Mortem non videbit, sermonem Dei servans.
(II, 72.) Mulieribus docere non permittitur :
Mulieribus docendi potestas datur.
(II, 33.) Multa habeo vobis dicere :
Omnia nota feci vobis.
(I, 78.) Multifariam multisque modis locutus est Deus :
Semel locutus est Deus.
(I, 128.) Multiplicavit vulnera mea sine causa :
Nihil in terra sine causa.
(I, 91.) Multiplicati sunt nimis :
Pauci facti sunt.
(I, 124.) Mundi corde Deum videbunt :
Satan inter filios Dei astitit.

N

(II, 23.) Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit, etc.
Ubi ego sum, illic et ministri mei erunt.
(II, 3.) Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto :
Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit, etc.
(I, 112.) Nocens, in opere malo non permaneas :
Nocens noceat adhuc.
(I, 24.) Nomen Dei est, Quis est ?
Nomen Dei est, Deus Abraham, etc.
(I, 129.) Novit Dominus et decipientem et deceptum :
Nunquam novi vos, dicit Dominus.
(I, 136.) Numerus nunquid est militum ejus ?
Decies millies assistebant ei.
(I, 70.) Nunquid de bobus cura est Deo ?
Homines et jumenta salvos facies, Domine.

O

(I, 30.) Oblatio victimarum instituta :
Oblatio victimarum Deo odiosa.
(II, 76.) Omnia nuda et aperta oculis ejus :
Videbo, ait Dominus, an sit ita.
(I, 130.) Omnis hypocrita non veniet in conspectu Dei :
Omnes gentes congregabuntur ante eum.
(II, 62.) Onera portate alter alterius :
Onus suum quisque portabit.
(I, 98.) Onus meum leve est :
Vias duras ego custodivi.
(I, 52.) Opera justitiæ per peccatum perduntur .
Opera cujusque per ignem ponderantur.
(II, 1.) Opera vestra ne faciatis coram hominibus :
Opera vestra videant homines.
(I, 118.) Oratio tua non iteranda :
Oratio sine intermissione fienda.
(II, 29.) Oves alias habeo adducendas :
Non sum missus nisi ad oves Israel.

P

(II, 32.) Pacem meam do vobis :
Pacem non veni mittere in terram.
(I, 127). Parcis minime delinquenti .
Parcis peccatis meis.
(II, 30.) Pater et ego unum sumus :
Pater major me est.
(II, 11.) Patrem nolite vobis vocare super terram
Patres nostri omnes sub nube fuerunt.
(II, 37.) Paulus aliquando sine lege vixit :
Paulus octava die circumcisus fuit.
(II, 41.) Paulus aliquando sine lege vixit :
Paulus Hebræus ex Hebræis.
(II, 53.) Paulus abundantius se laborasse dicit :
Paulus se infirmum omnium sanctorum ait.
(II, 57.) Paulus primum in Arabiam abiit :
Paulus primum Damasci commoratus est.
(I, 135.) Pax in sublimibus habetur :

Digitized by Google

Rex Persarum restitit angelo.
(I, 125.) Peccasse Job se accusat :
A corde suo reprehendi se negat.
(I, 28.) Peccatum parentum in filiis redditur ;
Peccatum parentum non in filiis redditur.
(I, 44.) Peccatum Christus non fecit :
Peccatum Christus pro nobis fecit.
(II, 44.) Peccatum quod operor non intelligo :
Peccatum non cognovimus, nisi per legem.
(I, 49.) Peccatum Judæi ante adventum Christi habuerunt :
Peccatum non haberent, si non venisset Christus.
(II, 28.) Peccatum vestrum nunc manet :
Peccator Paulus primus legitur.
(II, 80.) Peccatum non facit, omnis qui est ex Deo :
Peccatum nos non habere si dixerimus, etc.
(II, 82.) Peccatum non facit ex Deo natus :
Filios genui, ipsi autem spreverunt me.
(II, 38.) Peccato omnes obnoxii sunt :
Peccatores multi per inobedientiam unius.
(I, 68.) Peccator cum ingemuerit, salvus erit :
Peccatorem Deus non exaudit.
(I, 90.) Peccatoribus se Deus non commiscet :
Peccatoribus se Christus accommodavit.
(II, 68.) Perfectionem Paulus abesse testatur :
Perfectionem Paulus adesse significat.
(II, 31.) Personam filii loquentis Joannes demonstrat :
Personam Spiritus sancti loquentis Paulus dicit.
(II, 34.) Petite in nomine meo, et accipietis :
Petiit Paulus ter, nec impetravit.
(II, 49.) Placeat unusquisque proximo suo :
Si hominibus placerem, servus Christi non essem.
(II, 56.) Placete omnibus per omnia, sicut ego omnibus placeo :
Si hominibus placerem, servus Christi non essem.
(II, 48.) Potestas non est, nisi ex Deo :
Regnaverunt ipsi, sed non ex me.
(I, 53.) Præcepta dedi eis non bona :
Præcepta et justa et bona sunt.
(I, 75.) Prædicatores bonos vult Deus :
Prædicatores etiam malos admittit.
(I, 59.) Principes mali, non ex Deo :
Principes etiam mali ex Deo.
(I, 38.) Prole carentes, maledicti :
Prole etiam carentes, benedicti.
(I, 86.) Promissio Dei David facta :
Promissio Dei immutata visa.
(I, 39.) Promissio domui Heli facta est :
Promissio eadem immutata est.
(I, 60.) Prophetam se esse Amos negat :
Prophetam ipsum esse nos novimus.

Q

(I, 71.) Quærentes animam ejus vim faciebant :
Quærentes non sunt animam ejus.

R

(II, 66.) Rector mundi secundum omnes Scripturas Deus :
Rectores mundi adversarii nostri.
(II, 46.) Redemptionem corporis Paulus sperat :
Redemisse nos Christum Paulus prædicat.
(I, 59.) Reges regnaverunt, non ex me :
Reges regnare facit, etiam hypocritas.
(II, 69.) Regnavit cum Christo mille annos :
Semper cum Domino erimus.
(I, 132.) Resurget minime homo dormiens :
Resurgemus quidem omnes.

S

(I, 25.) Sabbatum sanctificandum :
Sabbatum Deo odiosum.
(I, 29.) Sacerdos quosdam mortuos non contingat :
Sacerdos mortuos omnino non contingat.
(I, 74.) Sacrificium Deo immola :
Sacrificium si voluisses, dedissem.
(I, 80.) Salvum me fac de limo profundi :
Infixus sum in limo profundi.
(I, 16.) Sanguinem comedere prohibitum :
Sanguinem comedere præceptum.
(I, 89.) Sedet Dominus a dextris tuis :
Sede a dextris meis.
(II, 14.) Semper vobiscum ero ad consummationem sæculi :
Semper pauperes vobiscum habebitis, me non semper.
(I, 57.) Sententiam Dei Daniel immutabilem novit :
Sententiam Dei mutandam persuasit.
(I, 48.) Silentium sibi Jeremias indixit :
Silentium idem postea solvit.
(I, 88.) Similis quis erit Deo ?
Similes erimus ei.
(I, 42.) Species non est ei, neque decor :
Speciosus forma præ filiis hominum.
(I, 114.) Spiritus Domini replevit orbem terrarum :
Spiritus Domini discurrens, et mobilis dicitur.
(I, 115.) Spiritus Domini bonus esse dicitur :
Spiritus Domini malus in Saul.
(I, 46.) Spiritus Domini super me, Jesus ait :
Spiritus sanctus nondum erat datus.
(II, 52.) Spiritus dona ad mensuram dantur :
Spiritum ad mensuram Deus non dat.
(II, 64.) Subjecta omnia sub pedibus Christi :
Subjecta nondum omnia sub pedibus ejus.

T

(I, 80.) Tempestas demersit me :
Tempestas aquæ non me demergat.
(I, 37.) Tentat vos Deus :
Tentat neminem Deus.
(II, 2.) Tentatio ut absit oramus :
Tentatio beatos facit.
(I, 2.) Terra sexta die creata, non legitur in Genesi :
Terra sexta die creata legimus in psalmo.
(I, 111.) Terra in æternum stabit :
Terra et omnia auferuntur.
(I, 99.) Terra fundata super nihilum :
Terra fundata super aquas.
(I, 106.) Timeas Dominum, et neminem alium :
Timeat uxor virum, et servus Dominum.
(II, 81.) Timor non est in charitate :
Timor Domini castus permanet.
(II, 12.) Tristes discipuli fuerunt Domini :
Tristantem mecum non inveni.
(I, 33.) Tunicas duas Moyses habere jussus est :
Tunicas duas discipuli prohibiti sunt habere.

U - V

(I, 66.) Viæ universæ Domini misericordiæ et veritas :
Viæ omnes Domini veritas.
(I, 104.) Viam iniquitatis ambulans non revertetur.
Viam iniquitatis ambulans Paulus reversus est.
(I, 94.) Vias Domini non ambulabunt iniqui :
Vias Domini Paulus iniquus ambulavit.
(II, 6.) Virga discipulis prohibita :
Virga tantum ferenda admissa.
(II, 61.) Virga Corinthis minatur :
Mansuetudo Galatis præcipitur.
(I, 13.) Uxor subjicienda viro :
Uxor audienda a viro.
(II, 20.) Uxores odire Christus jubet :
Uxores diligere Paulus docet.

Digitized by Google